

2623 *c e f g* partes epistylia lapidis Tusculani alti cm. circiter 65 litteris altis cm. 14, aetatis fere Augusti, ut videbatur Henzeno; *c f* in vetere Tusculo insertae muro casae rusticae, *g* non longe inde iacet humi ante theatrum Tusculi, *e* extat in villa Rufinella; *b* et *d* extare in parte aversa fragmentorum *f* et *c* refert qui solus ea vidit BIONDI (nunc pars aversa fragmentorum illorum latet muro immissa); *a* videtur extitisse in vetere Tusculo ibi ubi *c* et *f*, certe una cum his exhibetur ab eis qui descripserunt, nunc latet vel periit. — Fragmentis *a c f* Biondius praescripsit 'travertino'. Mihi et Henzeno eorum fragmentorum quae vidimus lapis videbatur esse indigena Tusculanus, Amatio (ap. Biondium) lapis Albanus (*peperino*), qui a Tusculano (*sperone*) vix differt. Quae in ipsa inscriptione bis mentio fit lapidis Tiburtini, ea non ad inscriptionem, quae cuius lapidi incidi poterat, sed ad ipsum opus pertinebat. — Fragmenta *a* et *f*, in quibus occurrit vocabulum *area*, spectare coniecit Canina p. 116 *all' area che corrispondeva avanti all' ingresso principale del foro, ed anche ad alcuna parte di quella [area?] del foro stesso*, acute sane et subtiliter, addit etiam reperta ea esse in quel medesimo luogo.

pl. Bosola, Tusculo dev. XI fig. 21

<i>a</i>	<i>b</i>	<i>c</i>
$\left. \begin{array}{l} c. cael. LIVS \cdot C \cdot F \cdot RV \\ circa \cdot EAM \cdot AREAM \end{array} \right\} fus$	$\left. \begin{array}{l} M \cdot ET \\ ET \cdot L \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{l} EA \cdot EMISSARIVM \\ LAPIDE \cdot TIBVRTINO \end{array} \right\}$
<i>d</i>	<i>e</i>	<i>f</i>
$\left. \begin{array}{l} TVR \cdot ET \cdot GRADVS \\ LA \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{l} CIRCA \cdot EAM \\ LAPIDE \cdot TIBVRTIN \end{array} \right\}$	$\left. \begin{array}{l} AREAM \\ O CVM \end{array} \right\}$
		<i>g</i>
		$\left. \begin{array}{l} SCANDA \\ pro \cdot VDIS \end{array} \right\}$

Descripsi post Henzenum ea quae dantur litteris rectis. Fragmenta *a c f* descripserunt Nibby *viaggio* 2 p. 47 (inde ut videtur *c* Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 122), *analisi* 3 p. 331 et Melchiorri ms. et Biondi ms. f. 28. 29 (inde Canina p. 174); *a c e f* Amati ms. Vat. 9738 f. 9' (fragm. *e*) et 10 (*a c f*), apud Biondium ms. f. 33; *b* et *d* vidit solus Biondi ms. l. c. (inde Canina p. 174); *g* a prioribus omissum nunc primum editur.

Inclinatis dedi quae servaverunt priores. — *a* 1 L·FVS·G·F·RV Nibby *viagg.*, BIVS·C·F·RV Melch.; dedi ut exhibent Biondi Amati Nibby *anal.* — Fragmentum *f* dedi ut exhibent Melchiorri Biondi Amati (nisi quod v. 2 O·CVM cum puncto Melch.); nunc ex v. 1 prior A, ex v. 2 O totae, reliquae litterae ex parte evanuerunt. Nibby (*viagg.*, non *anal.*) in v. 2 habet AVG·N.

Hoc epistylum fuisse opisthographum constat testimonio Biondii de fragmentis *b/f* et *c/d*; quamquam mirum est in reliquorum fragmentorum latere averso neque a Biondio neque ab aliis ullum litterarum vestigium esse observatum. Utriusque lateris inscriptionem eandem fuisse, quamvis aliter dispositam, vel certe similem probabile est, praesertim cum in fragmentis quae novimus vocabula *lapide Tiburtino* et *eam aream* bis inveniantur. Ordinatio et coniunctio fragmentorum supra proposita summa in re debetur Mommseno. — *a* 1 supplevi ex n. 2622 coniectura non certa.

2624 tabula marmorea. In Tusculano Passionei PASS., item inter inscriptiones illic extantes recenset ANONYM. In museo Vaticano MAR. et ibi adhuc (*Gall. lap. Dii I*). — Exemplum novicium extat Neapoli in museo (Mommsen *inscr. Neap.* n. 986*; Gervasio *memorie dell' acc. Ercolanese* 8 p. 132; Fiorelli *catal.* n. 2034).

CAELIA · P · F · MVNICIPIO · SVO
DONVM · DEDIT · IMAGINEM
L · SAVFEI! AP · F · EX · SÉ NÁTEI

Descripsit Henzen, recognovit Huelsen. Passionei 7, 20 (inde Donati 349, 3); Anonymus apud Marinium Vat. 9122 f. 82; ipse Marini Vat. 9124 f. 231.

1 SVC Pass., male. — 3 post SAVFEI una littera, x ut videtur, errore a quadratario posita erasa est.

Tusculanam esse hanc inscriptionem nequaquam constat, nam Passioneius, apud quem primum descripta est, in urbe Roma marmora sua collegit. Sed cum urbana esse non possit propter v. 1, placuit relinquere eam hoc loco.

2626 Tusculi, sotto le mura della città, ed aderente ad esse, si vede una specie di vasca di peperino [pietra tuscolana CANINA] sotto il livello della via, nella cui fronte si legge NIBBY, similiter RELIQUI (cf. Caninae tab. XV). Ego frustra quaesivi.

Q · COELIVS · Q · F · LATIN · M · DECVMIVS
AED · DE · S · S

Descripsit Henzen; est huius corporis vol. I n. 1125 et in tabula Ritscheliana Lc. Habent Nibby *viaggio* 2 p. 49 (inde sine dubio Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 122); Biondi ms. f. 7' et f. 28'; Amati ms. Vat. 9738 f. 10' et apud Biondium ms. f. 33'; Canina p. 125 et in tab. XIV; Kellermann ms.

1 COELIVS Am. (ap. Biond.), COELVS Kell., COELVS tabula Ritschelii, COEL S Biond., COEL... Henz. Nibb. Can., COELIVS Melch. tacite supplens. — DECVMIVS tab. Ritschelii et Kell., DECVM/// Henz. — DE·S·SEN Henz. litteras EN evanidas esse significans; DE·S·S reliqui omnes.

Q. Caelius, ut editur, sive potius Coelius Latiniensis, memoratus a Cicerone de imp. Cn. Pompei 19, 58 ut tribunus plebis et insequenti anno legatus nescio cuius proconsulis, ab hoc aedile Tusculano fortasse non est diversus. — Alter aedilis M. Decumius cognomine videtur caruisse.

2625 rep. in antiquis Tusculi ruinis.

CN · CANINIVS · AMIRO
ET P AELIVS FELIX
AEDILES
MENSVRAS · ET PON
5 DERA · INIQ // // //
IVSSERVNT // // //

Donius cod. Vat. 7113 p. 10, ed. 5, 26 (inde Mur. 473, 6; Canina p. 168) exscriptam, ut dicit, a Scipione Cobellutius cardinale, qui fuit bibliothecarius ecclesiae Romanae et defunctus est anno 1627.

4 MENSURA Don. ed.

Mendosa ex parte, sed genuina. — 5 fin. supple tolli vel frangi.

2627 lapida di sperone trovata ultimamente vicino al monte Tuscolano ne' poderi de' signori Meloni.

M · DVRMIVS
C · CAELIVS · C · F
EX · S · C

Servavit Mattei p. 77 (inde Vulpi Lat. 8 p. 159; ex hoc Canina p. 172).

Imperfecte descripta sed genuina, nam alter C. Caelius C. f. — sive etiam idem est — multo post Matteium prodiit ex Tusculana n. 2622. — M. Durmius fortasse non diversus est a triumviro monetali huius nominis (Eckhel 5 p. 204).